



Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz


Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum S. Martini Episc.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](#)

mei. Job. 19. v. 21. I. Immortalitas animarum, sicut eas vivere adhuc ita Proximos nostros esse demonstrat. II. Fragilitas animarum, licet in Sanctis Gratiae deceplerint, auxilio nostro ergo ad plenam satisfactionem pro commissis olim peccatis ostendit. III. Solicitude Ecclesiæ, qua eas Deo commendat, debet esse exemplum nostrorum curæ, quam de iis gerere oportet.



FESTUM S. MARTINI Episc.

*Charitas
proximi.*

THESES I. Sive vivimus, sive morimur. Rom. 14. v. 8. Dominus si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: orabat moriens S. Martinus. Unde Problema statui possum: Quid præstantius sit, pro Christo morivere cum posses? an pro Christo vivere, mori cum posses? movere hoc dubium S. Petrus Damiani verbis suis: *Magnum est mori pro Christo, sed non fieri vivere pro Christo.* Serm. 65. de S. Barbatiano.

THE

THESSIS II. *Divulgatum est Nomen LANS.*
eius. 2. Paral. 26 v. 8. In omnem
terram pervagata est memoria tanti
Pontificis, & ubicunque resonat Fides
Christi, sonat vita Martini, utpote qui
est: I. Sacerdotum Gloria. II. Gem-
ma Pontificum. III. Clericorum
Forma, Petrus Damiani de S. Martino.

THESSIS III. *Corona aurea super
mitram ejus... Opus virtutis. Eccl. 45.
v. 14.* I. Bonus fuit in statu Milita-
ri. II. Melior in habitu Monachali.
III. Sed optimus in cathedra Pontifica-
li. S. Bonav. de S. Martino loquens.

THESSIS IV. *Misericordia motus. Charitas*
Luc. 10. v. 33. Diversa objecta, & proximi.
fines habuit misericordia S. Martini.
I. Bona fortunæ impendit ad solarium
Pauperum, quibus subvenit. II. Mi-
racula impendit ad sanandos Pauperes.
III. Seipsum corpore & spiritu sacri-
cavit ad conversionem Peccatorum.

THESSIS V. *Oculis... in cœlum Asperans*
semper intentus. Brev. S. Martinus Cœli.
quinquies cœlum aspexit. I. In Pro-
speris, ubi vidit manum apertam, scili-

L 2

cec

cet liberalem, Dei. II. In Tentati-
bus, ubi vedit manum vindicem, II.
In Laboribus, ubi vedit oculum aperte
in suas operationes. IV. In Adver-
tis, ubi vedit Crucem Christi in celo, II.
nubibus. V. In Morte, ubi vedit Co-
ronam.

Eleemosina. THESIS VI. Beatus, qui intel-
ligit super egenum & pauperem. Ps. 40. v.
I. Eleemosina debet esse proportionata
divitiis, quas Eleemosinarius pos-
det. II. Eleemosina debet esse pro-
portionata indigentiae Pauperis, II.
subvenitur. III. Eleemosina debet
esse proportionata Gratiae, quam a Deo
per eam quærimus. Diction. Apof.

Intentio. THESIS VII. Beatus, qui intel-
ligit super egenum & pauperem. Ps. 40.
v. 2. In Eleemosina I. Præferendi
sunt pauperes bonæ vitæ pauperibus
malæ vitæ. II. Præferendi sunt pauperes
propinqui pauperibus extranei.
III. Præferendi sunt pauperes invalidi
pauperibus valentibus laborare.

THESIS VIII. Si oculus tuus fu-
rit simplex. &c. Luc. 11. v. 34.
Si intencio nostra nequam est, actiones

etiam innocentes pessumdat, & malas efficit. II. Etiam culpas excusabiles enormes reddit. III. Etiam ipsas virtutes maximas vitiat. *ibid.*

THESIS IX. *Militia est vita homi- Triplex-*
nis super terram. Job. 7. v. 1. S. status s.
Martinus in triplici diverso *Statu con-*
siderari potest: I. In Sæculari Militia u-
ti Miles, in quo statu procul militari
licentia Disciplinam Christianam stri-
cè observavit. II. In Regulari Mili-
tia tanquam Religiosus, ubi discipli-
nam Claustralem arctè custodivit.
III. In Ecclesiastica Militia prout Epi-

scopus, ubi disciplinam Ecclesiasticam
in Diœcesi sua propugnavit. *Nicol. de-*
Dijon.

THESIS X. *Si benefeceris, scito, Eleemosia-*
cui ficeris, & erit gratia in bonis tuis mul-
ta. Eccl. 12. v. 1. Eleemosina I.
Deler peccata reorum. II. Emit Re-

gnum Cœlorum Innocentibus. III.

Obligat sibi Deum in persona Paupe-

tis, & fæpe in propria persona.

THESIS XI. *Ex substantia tua fac perfectam*
eleemosinam. Tob. 4. v. 7. Qui elar-

gitur sua, liberalis est, qui bene elargi-

L 3 tur,

tur, magnificus; porro tres circumstanciæ donum extollunt usque ad magnificentiam operis: I. Si quis sibi necessaria subtrahit, & de suis alimentis ego no largitur. II. Si non solum maneat sed toto corde ea porrigit. III. Si emittatur, quod non habeat, unde miserans pauperum solari, ac sublevare possit.

*Servitus
Dei.*

THESSIS XII. *Si oculus tuu fuerit simplex.* Luc. 11. v. 34. I. Non quam Deo servitur sine utilitate propria, ac commodo. II. Nunquam magis res cedit in proprium commendum, quam si hoc non queratur.


Princeps.

THESSIS XIII. *Dicant autem boni operibus praesse ad usus necessarios, non sint infructuosi.* Tit. 3. v. 15. Non praest, qui non prodest: I. In Principe nullum crimen leve. II. In Principe nulla virtus sterilis.

*Virtutes e-
jus.*

THESSIS XIV. *Non est inventus milis illi.* Eccl. 44. v. 20. Ecce tri rara privilegia, quæ habuit S. Marcius, quorum primum effectus fuit inocentiæ suæ vitæ; secundum effectus ardoris sui zeli; tertium effectus profunditatis suæ humilitatis. L. 11.

uocentia ejus tanta fuit, ut sibi non metueret de examine vitæ suæ etiam à Diabolo: *Nihil in me funestè reperies.*
II. Zelus amoris ejus tam ardens, ut ne de Salute sua timeret in procurando diutius animarum negotio: *Si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem.* III. Humilitas cordis tam profunda, ut nec reformidaret Officij Episcopalis dignitatem ac honorem: Non formidabat imperij Principatum. In quibus, modò memoratis, etiam in re sanctos vix reperies Martino nostro similes, Durant in Character. Sanctor.



FESTUM PRÆSENTA- TIONIS B. V. MARIÆ.

THESES I. *Deo dignas Oblationes Tempus offer. Eccl. 14. v. 11. Tempus Deo serv. L. 4 Di- viendi.*